falso stulti illi dementatores jactant) experientia depromtas. Sed habe ant sibi istas lactucas, qui eis delectant, me cibi haud paulo meliores te nent. Vale mi fili 27 Aug. 1583.

Legi his diebus Bolsei cujusdam Medici librum de Calvini vita, ni hil potè fingi famosius. nec ille fuit omnibus sceleribus coopertus sit talis fuit, nemon huic respondit? fac sciam. Vale iterum.

57) L. Quirine amice et fili Charissime. S. Dici non potè quam expectata, quam grata fuerint litera tua, et si brevriores quas vel lem, et mutua benevolentia postulat, addisces aliquid ex viris istis accipiendum eos manse. illis. Nam quæ typis eduntur, aliunde habe re malo. Grata fuisset illa D Jonicij et D. Crellii disputatio, quæ hanc superioribus mensibus à te mihi missam antecessit, et si quid postea consequutum è. Nam quæ Palæovirus descripsit manca sunt aut certè ob satis intelligi possunt sine thesibus. Vi deo Palæovirum paulo ignaviorem quam mea in ipsum benevo lentia requirit, et mora gentis suæ multa promittere, ne nihil dicam præstare. Quamvis hæc fere labes in omnes terrarum angu los pervasit, ut non jam unius esse gentis videatur. Cave, ne te quoq attingat, facile enim adhæresit. Doleo D. Zanchium tam tardo gradu ad cumulandam gloriam suam progredi. Sed quid facias? Certiò jam ego in ipso limine, quam sit tarda desidi osa, io navia studiosa serectus, quo magis tibi danda è opera mi Cospitale, ut dum ætas dum vires suppetunt, dum viget animus, nullum laborem refugias. Lucubrationis illius de siderio mirifico teneor eam maximè ob causam quod nihil e rum prætermittere solere animadverto. Sunt fateor eadem in aliis propediem, quid enim dici aut scribi novum prorsus potè? Sed hujus summi viri perspicuitas et copia, quæ alios forte non capit, me magnopere delectat. Legi superioribus annis longum illum et varia doctrina refertum Vielmij Episcopi commentari um in primum Moysis caput, in quem omnia undiq comporta vit, quicquid à Theologis et Philosophis disputatum è, quod eò pertineret sed nescio, quomodo majore etiam à Zanchio no stro mihi pollicebar. Nec è ullus unquam liber, aut scriptus è à quoquam jam inde ab orbe condito, qui majore studio et dili gentia dignus videatur. Quam te rogo, ne urgere desinas eti am meis verbis, si quid tamen in eo sponderis esse potè. Quid enim unquam ego de eo meritus sum, quamobrem me causa promoveri debuit?

Saluta cum peramanter a me item D. Collegas ejus nominatim ces.
Sis auctor Doctissimo Crellio vel ipsi D. Jugnitio, nisi tu ipse in hanc descendere palestram vis, ut Arist. patrocinium suscipiant, contra Ramaeos istos, qui regnum penè ubiq; affectant et jam etiam obtinent. Quis aequo animo ferre potest, ἀλογον illam λογικην, tot commentariis augeri, quae singulis nundinis provolant, quidam Harburgensis jam etiam triumphum canit, sed ut auguror, ante victoriam. Vti Jugnici, mi Crelli, mi Tigurine, permanes magnae illiq; naturae genii vos obtestor, atq; adeò per veram Philosophiae ut labanti veritati manum porrigatis, tum bonarum artium et philosophiae sinceriori studiosos omnes, tum meipsum privatim magno atq; immortali beneficio afficietis. Ego si quid in hoc genere possem, credite mihi, nulla in re libentius et cupidius operam ponerem. Valde probo, quod librum illum tuum edere cogitas, id ut prorsus facias et hortor et rogo. Sed cuperem, si meo obsequii judicio placet, ut tum ex aliis, tum ex Martyre omnia eo comportes, quae plenam capitum religionis nostrae omnium tractationem habent, ut liber hic tuus sit instar omnium Instit. Catechiss. hujus com. problem. Theol. quaest. et responsionum; et si qui sunt alii librorum tituli. Sit hic κέρας ἁμαλθείας universae Christianae pietatis. Nihil in veteribus, nihil in novis, nihil in scholasticis lateat, quod non eruas. At quoniam si hoc facere instituas, exercebat liber tuus Tigurinum aliquod volumen, ne in hos scopulos incidas, pretiosis mercibus oneratam veluti arcam quandam foederis nobis proponas, in qua coarctata sint omnia, atq; in angustum compacta; quod fiet, si sententiarum pondera segnaris et verborum copiam declines. Verba, phrases quidem sint usitatae ac bonae, sed circumductiones illae longae et exquisitae loquendi Brutinae rationes longè hinc removeantur. Sed ne malè cautum, qui Minervam docet. Teipsum consule et magnum illum tuum Zanchium, Junium, Tossanum, condiscip: illum tuum nobis à proposito deterrere, ne te gloriae aut etiam commodis suis invidere suspicetur. Tua erit alia ratio, neq; ita Ursinianis te affixum velim, ut non aliunde etiam, ut dixi, agrum tuum non esse irrigandum existimes. Carolus ante hos triduum filiolo auctus est, salva uxorcula illa imbecilla. Propediem in aulam proficiscetur, ubi ut antea tibi significavi, Monavii collega factus est et chirurgus praeterea, Archiatro nostro,

et alijs industria ejus patrocinantibus. Nirum in fortuna ejus inu-
tatis ad hanc artem primum adjungis, quae per mortes hominum
experimenta fiat: cui uni impunè grassari in perniciem morta-
lium licet: quid impunè dixi? magna premia constituuntur ho-
hisce homicidijs, reliqui exilio, infamia, morte multantur, si
quem occidant. Sin Genevam, non autem alio malis studiorum
causâ proficisci, ex te discere aveo: quis ibi est praeter Beza
et hujus quos scripta jam sunt multa pervulgata, ex quibus sen-
tentia ejus de omni controversia plenè intelligi potest. Malle
te in ea loca conferres, quae te augere doctrina possint et lu-
mine. Ego si tuo loco essem, Lutetiam ad audiendum Sorbonistas
et Jesuitas abirem: Non joco, magni saepè viri et φιλόθεοι
eximii in hoc hominum genere et in illo Dominicanorum et Fran-
ciscanorum sodalitio delitescunt, cum quibus conferre, disputatio-
nibusq; animum acuere, fructuosissimum est. Sui magni et cele-
bres nostra et superiore aetate φιλόθεοι et Theologi fuerunt,
alij omnium in se ora converterunt, scriptisq; eleganti ac so-
lida doctrina contra adversarios dimicârunt, ex illorum, quos dixi,
palaestra prodierunt. Te quoq; nihil humile, nihil vulgare spe-
ctare volo, ἀλλὰ λέοντ' ἀξιῶν. Verùm tu ne hac quidem in
re consilio meo indiges. Si Genevam venies, quo te nihil prope
aliud invitare potest, quam ejus, quem supra nominavi viri sum-
mi et prestantissimi consuetudo, ne te obsecro, alio commoveas
antequam ne de tota itineris tui et studiorum ratione plenè
doceas. De filio meo, ob eas, quas te jam ex unis alijs alteris meis
literis cognovisse puto causas, nihil dum certi constituere possum
Quum eum evolare sinam, cogito eum vel ad vos, vel certè Ar-
gentoratum mittere, ubi ajunt disputationes in Philosophia fre-
quentes fieri. Postea eodem quo tu te iturum scribes, mittam: de-
inde in Galliam si vivero. Nunc frugi est et magno studio Philo-
et Theologiae incumbit, utinam tibi diutius nobiscum manere li-
buisset, aut etiamnum reverti liceret, sed de filio exacta hac
hieme potero rectius consilium capere, deq; eo te certiorem fa-
cere. Neq; psalterium Lobwasseri neq; catechismum vestratem
vidimus. Successit in Lanii locum Scholii filius, illius qui ad S.
Sym concionabatur, Ursini hostis acerrimi, cujus etiam opera
ajunt hic

ajunt hinc illum ejectum fuisse, hic ex schola Tubingensi evocatu fuit, discere ex Polano poteris, quis sit, qui Polang. Basilea nunc studia sua prosequitur. Calaminus nostri memoriam omnem deposuit; nostri hoc hominum genus, simulac ministerio se implicant vident eadem opera non amicitiam tantum, verum etiam humanitatem exuere. certè religioni isti, quam apud vestros et alibi profitebantur, parum equi sunt. Uno sarolo excepto, neminem adhuc novi, cujus vestri non pudeat palam. Quid in sinu gestent, equidem pervidere nequeo, hoc presertim tempore, quo jam conspicuus uti cogor. Carolum quoq; aula aut immutabit, aut certè ibi eum Demostheniana illa angina corripiet. Valde expectabam Ursiniana, que certè maluissem quàm vestrorum ἀλλόφρων legere, presertim cum facta nulla consequantur. Praestabat moderatiùs loqui, si nihil memorabile facere constituisti. Metuo ne novus Episcopus obtineat, et ut re infecta non magnam gloriam reportet; hoc certè est passim hominum de exitu illius belli expectatio. Nunciabatur Palatini vicini vestri lethali morbo, variè nos affecit tam acerbo nuncio. si tibi videat Petro jam idoneus esse, ut audio istinc ad uberiorem ingenii cultum mittatur, fac ut sciamus, ne semper eodem loco haerere cogatur. sunt qui putent, ingenia quoq; ut arbores transplantatione fieri meliora. Salutant mihi omnes iterum te rogo, et quidem officiosè atq; amantissimè, deq; die tui istinc abitus me certiorem facito. Vale, nosq; amare perge. Uxor Andr. omnes te salutant. Tyrè ferre videntur quidam, quod ne salutaveris quidem in literis meis, nedùm ad eos scripseris, quod te tamen discedentem facturum esse pollicitum ajunt. Bresla 28. Octobris. 1583.

57

Ultima Epistola Judithij ad Ursinum, qui mortuus est ad d. Non. Martij Anno LXXXIII. Neustadium à me scissel allata.

Clarissimo atq; Excellentiss: Doctori, Dño Zacharie Ursino Uratisl: Academie Neustad: Professori ol. Dño et Amico honorando s.

Clarissime et Praestantissime Dñe et Amice honorande. S. P. Nulla abit dies, ne hora quidem propemodum, qua non multa de te et jucunda sermo inter nos habeat, doctrinam certè tuam etiam absentes non minùs quàm qui te presentes audiunt, amplectimur et veneramur,